Quelle:
Copyright:

y.

V. **3.** Codex chartaceus, saec. XV. Folior. 299. 8°. f. 2ᵇ – f. 14ᵃ et f. 221ᵃ – f. 299ᵇ I. manus, f. 16ᵃ – f. 120ᵇ II. man., f. 121ᵃ – f. 129ᵇ III. man. minus diligens, f. 130ᵃ – f. 168ᵇ IV. m., f. 169ᵃ – f. 203ᵃ V. m. f. 219ᵃ – f. 220ᵃ VI. et fol. residua scripta manu VII. Codex continet varia.

Ligatura antiqua ex corio viridi tabulis ligneis intento. In tegum. exter. legitur: "De civitate accommodata." (col. rubr.) Cat. Num. I. B. cc 15. 91 et 92. (I. B. c. 18.) in f. 1ᵃ.

f. a cap. fragm. f. 1ᵃ col. rubr. inscribitur: "Van Gresch" et subter leguntur versus col. rubr. exarati:

"Femina raro bona, quae bona digna est corona.
Oia dant vitia fugiant ergo procul ista."

f. 1ᵇ – 2ᵃ scriptura vacant.

1. f. 2ᵇ – f. 13ᵇ Historia profana egregiorum regnorum et virorum brevissima usque ad regem Carolum IV. Bohem. Inc.: "Ovia ut ait Salustius in Iugurta Sepe ego audivi" etc.

Expl. (de rege Arturo): "pro facultatibus exhibere."

f. 3ᵃ – f. 13ᵇ singula in utriusque paginae dimidio inferiore continent illustrationes col. variis expressas et textum respicientes (personas vel symbola repraesentantes) Seriem figurarum finit fig. symb. "Tempus" "Pan Czas", quae catenam omnes figuras amplexan constringens depicta est et in f. 13ᵇ fig. regis Arturi.

f. 14ᵃ "Ex cosmographia Polomaei." f. 14ᵇ vacat.

f. 15ᵃ continet probationes pennae et maiore ex parte vacat ut f. 15ᵇ.

2. f. 16ᵃ – f. 221ᵃ. "Compendium super prologos totius Biblie Magistri Henrici Ex Hassia feliciter incipit." (col. rubr.) Inc.: "In principio creavit deus celum et terram Ha stabit in capite totius divinae scripturae" etc. (littera init. simplex col. rubr. expressa)

Expl.: "bibliae modernae iudeorum magis sunt corrigendae ex biblia christianorum quam e converso ut elici potest ex praemissis Deo gratias. Explicit lectura reverendissimi M Henrici de Hassia quam legit wyemae in studio generali super prologos totius biblie et cuius anima requiescat in beatissima pace amen" Et subter (col. rubr.) legitur: "Memento mori."